



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De incœstu Raptu & sacrilegio cap. 12.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

non tenetur ei reddere ex iustitia.

*De Incestu, Raptu, & Sacrilegio. Cap. 12.*

**I**ncestus est copula cum consanguinea, vel affine intra quartum gradum, & est peccatum præcedentibus grauius, & quo est maior coniunctio, eo est noxa grauior. Impedit matrimonium contrahendū sub pœna peccati mortalis sine dispensatione Episcopi si sit cum affine, hoc est cū consanguineo vxoris vel eius cum qua fornicatus est. sed cōtractum non dirimit, quod tamē impedimentum probabilius est non contrahi ex incestu cum sua consanguinea: quibus accedit quod incestuosus cum consanguinea vxoris non possit petere debitum ante dispensationem ab Episcopo, possit tamen reddere. Raptus

quantum ad luxuriæ actum non distinguitur ab aliis, sed addit rapinam rapinæ, quod est peccatum grauissimum, & raptor tenetur restituere raptam. Raptores habentur infames, & excommunicantur à Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6. sicut & omnes auxilium, consilium, aut fauorem, ad hoc præstantes, deinde qui rapit alteram sponsam non potest matrimonium contrahere sine peccato, si tamen contrahat, matrimonium est validum. Sacrilegiū est concubitus cum persona Deo dicata, per votū castitatis, vel inter cōiugatos si in loco sacro fiat, citra finem vitandi peccatum incontinentiæ.

*De peccato contra naturam, & aliis ueneris actibus. Cap.*

13. & 14.

Huius